



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

2. An recens conversus explicare debeat peccata ipsi hæresi involuta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

ARTICULUS II.

*Vtrum recens conversus explicare debeat  
peccata ipsi hæresi involuta?*

**S**ensus quæsti est, an ille qui ab hæresi convertitur, in primâ suâ confessione specialiter exprimere debeat peccata quæ commisit contra præcepta Ecclesiæ, v.g. quòd non sit annuè confessus tempore hæresis, quòd non communicaverit circa Pascha, quòd non audi- verit Sacrum diebus festis, quòd non jejunave- rit, & similia.

Resp. Negativè. Quia eo ipso quo confite- tur se eðusque vixisse in hæresi, virtualiter dicit se nulla præcepta Ecclesiæ rotō illo tem- pore observâsse. Eo modo quo is qui per ali- quot annos vixit in continuâ fornicatione, non debet exprimere tactus & oscula, & alia quæ fornicationem regulariter comitantur, aut po- tius in ipsâ involvuntur.

Satisfit igitur per confessionem aliorum peccatorum, Nisi specialem aliquem con- temptum Ecclesiæ, aut blasphemias, aut ca- lumnias contra Ecclesiasticos plus quam re- gulariter ab hæreticis fit, effutiverit, aut scan- dalum dederit, aut alios perverterit; quod Confessariorum prudentiæ committitur.

Q 7

ARTI-